



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

27. Maji. Quæ retrò sunt, quæso, in gratiam Jesu Christi obliviscimini, & quasi nunc primò tam longum iter susciperetis, virtutis viam indefesso progressu alacriter metimini. S. Ignat. ep. ad Hisp.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

ma : Si vñtia nostra subigantur, non est,  
quod orcum metuamus.

Si nos in animæ nostræ lucra ita vigile  
essemus, ut hostis est in detrimenta, quæ  
citò, quámque facile sancti essemus. Pri  
mus huc gradus est, passionum suarum  
principem & nōsse, & persequi.

## 27. Maji.

*Quæ retrò sunt, quæso, in gratiam Je  
Christi obliviscimini, & quasi nunc pr  
mò tam longum iter susciperetis, virum  
tis viam indefesso progressu alacrum  
metimini. S. Ignat. ep. ad Hisp.*

**U**T friget focus, quem non quotidie  
nus ignis accendit, sic primum est ad  
naturam redire vitia, nisi quotidiana iu  
domandis insudet diligentia. Sol quoti  
die cursum inchoat, virtutis quoque semi  
ta novo in dies passu est auspicanda.

Cur negemus animæ, quod tam solent  
curâ præstamus corpori? hujus imbecilli  
tatem novo quotidie alimento conforta  
mus; sicut etiam illi debetur nutriment  
um. Nisi oleum affundas, lumen & flau  
ma deficient.

*Quidquid spiritualis thesauri longius  
curia*

curā cumulavit, facilem omnem dies unus dissipabit, nisi dies omnis foveat industria. Quid prodesset viciſſe toties, si temel succumbas.

Non bene finiet, qui non quotidie incipit. Quotidie potest male agi, vel ideo egregia animi ferventis decreta quotidie promulganda sunt cordi, eique inclamandum: Vive hodie!

## 28. Maii.

*Certum est pigros, quod se ipsos non vincant, nec ad animi pacem, nec ad perfectionem unquam virtutis possessionem venire, cum tamen diligentes uerumque pacis diebus facile consequantur. S. Ignat. ep. ad Hisp.*

**Q**uidquid bellorum, & molestiarum patimur, intra nos est. Frustra dissidentium causas, & perturbatæ pacis fontes alibi querimus, aut querimur; domi est scaturigo.

Quisque suæ fortunæ, quia quisque suæ pacis faber est; externa bella domesticæ paci nihil officient, nisi tu ea velis admittere, nunquam usque ad animam penetrabunt, minus cor ferient.

G §

Mi-